



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris  
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,  
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,  
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter  
accommodatæ ...

De Controversijs Polemicis, & Scholasticis, etiam modernis

**Archdekin, Richard**

**Antverpiæ, 1682**

P. 3. Attritio in Sacramento.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40853**

## P. 2. Dolor ex metu gehennæ.

2. Ex superiori doctrina profluit hæc : *Pecat omnis qui de peccatis dolet ex metu gehennæ absque charitate : Imo etiamsi doleat ex desiderio salutis æterne. Quia hic actus non concipitur ex amore Dei, sed ex desiderio salutis propriæ.*

Doctrinam oppositam sonat Tridentini canon 8. Sessionis 6. Si quis dixerit gehennæ metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo configimus, vel à peccato abstinemus, peccatum esse, aut peccatores pejores facere, anathema sit, de quo latius infra part. 3. quæst. 21.

## P. 3. Attritio in Sacramento.

3. In Sacramento Panitentia non sufficit Attritio, sive dolor de peccatis ex metu gehennæ, cum spe vicie, & proposito emendationis.

Sufficere autem istam Attritionem ex Tridentino Seff. 4. cap. 4. aliisque fusijs ostendo partis tertiae. q. 21. §. 2.

Quod si quis pergat ad dolorem in Sacramento requirere. Amorem Dei super omnia, qui per se absque Sacramento justificet; Unum è duobus prætendere videbitur, Aut Absolutionem Sacerdotis peccatorem Deo non reconciliare, contra Tridentum Seff. 14. cap. 14. cum id per se præstet solus amor ante absolutionem elicitus. Aut certè dilectionem Dei super omnia vim non habere per se reconciliandi peccatorem absque Sacramento: quod damnatum est in Baij articulo 32. *Charitas illa qua est plenitudo legis, non est semper conjuncta cum remissione peccatorum.*

Scopulus hic cautè vitandus , alias alterutra ex parte in doctrinam damnatam necessariò impinges. Caurè etiam examinanda sunt Missorario de absolutione pænitentis in Sacramento pænitentiae alia dogmata hic sequentia.

**P.4. Satisfactione ante Absolucionem.**

**N**on licet Sacerdoti peccatorem absoluere nisi prius satisfactionem injunctam expleverit.

Constat autem in Petro de Osma Doctore Salmanticensi damnatam esse à Sixto IV. hunc articulū : *Non peractā pænitentiā confitentes absoluhi non debent* : patet ex Bullarii tom. i. bull. 17. Et sanè si ista praxis nova servanda foret , nullo modo excusanda esset Ecclesia , quæ istum ordinem inter partes Sacramenti necessarium , per tot sæcula in hunc usque diem inverti permisisset , præsertim cum aliqui velint ordinem illum ad valorem Sacramenti necessariò pertinere.

**P.5. Confessionis institutio.**

**2. C**onfessio præcipue instituta est , ut Sacerdos instituat idoneas pænitentias ac satisfactiones , quibus ante absolucionem peccati malitia deleatur.

Vide an hoc viam non sternat , ut Absolutio censeatur nudum & inane ministerium si ante illam delenda sit peccati malitia , non verò dici debeat absolutio sententia judicialis per se remissiva peccati. Talem sententiam absolucionem esse affirmat , nudum verò ministerium esse disertè negat Tridentinum *Sess. 14. cap. 6.*

P.6.